

*tur, regentur deinceps in singulis Diœcesis-  
bus a Congregatione pari numero Ecclesiastico-  
rum & Saecularium constituta. Reipu-  
blicae Praeses eliget Saeculares personas;  
Ecclesiasticos vero eas, quas Episcopus el-  
dem praesentabit.*

*Congregationibus praesidebit semper Epi-  
scopus, cui etiam liberum erit visitare ea  
loca quae legitime a Laicis administrabun-  
tur.*

### *Articulus XII.*

*Sanctitas Sua concedit Episcopis jus con-  
ferendis Parœcias; quae quovis anni tempo-  
re erunt vacature; iisque praevio concursu  
Parœcias liberae collationis conferent iis,  
quos ipsi digniores judicabunt; In Parœciis  
vero juris Patronatus Ecclesiastici instituent  
eos, quos previo pariter concursu, tamquam  
digniores inter approbatos ab Examinatori-  
bus, Patronus Ecclesiasticus praesentabit;  
In Parœciis vero laici Patronatus praesen-  
tatos instituent, dummodo praemisso exami-  
ne idonei fuerint inventi. In omnibus autem  
praediis casibus Episcopi personas non se-  
ligent nisi Gubernio acceptas.*